GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. Seite 24r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31633
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



hendat. Quomodo enim ueritati cohereat in uer
bis increpationis. quem intra semet ipsum longe
ab eadem ueritate dirimit tumor mentis.
Sequitur. Idcirco uiri cordati audite me. Ecce
iterum fastu superbie inflatus. eos tantummodo
qui quasi digne intelligendo se assequi uale
ant querit. et sic ad quod sentiebat
erumpit. dicens. Absit a deo impietas. et ab
omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei.
et iuxta uias singulorum restituet eis. Bene dixit.
quia in omnipotente deo iniquitas uel impietas non est.
In hac uita nequaquam semper hoc agitur quod sub-
iunxit. quia iuxta opus suum singulis. et iuxta
uias proprias reddet. Nam multos illicita ac
peruersa perpetrantes gratuito preuenit. atque ad
opera sancta conuertit. et nonnullos rectis actibus de
ditos flagello interueniente corripit. ac sic
placentes quasi displiceant affligit. salemone
attestante. Sunt iusti quibus multa euenium
quasi opera egerint impiorum. et sunt impii qui
ita securi sunt ac si iustorum facta habeant. Quod
nimirum omnipotens deus inestimabili pietate dis
pensat. ut et iustos flagella erucient ne opera
extollant. et iniusti saltem sine pena hanc ui
tam peragant. quia ad tormenta que sine fi
ne sunt male agendo festinant. Nam quia
aliquando iusti nequaquam iuxta opera flagellantur.
hac ipsa hystoria quam tractamus ostenditur. Neque
enim isdem beatus iob pro culpa fuerat flagel
latus. qui ante flagelli stimulum ipso iudice
attestante laudatus est. Uerius ergo heliu dice
ret. si dixisset quia in omnipotente deo impietas atque
iniquitas non est. etiam cum iuxta uias proprias
hominibus reddere non uidetur. Nam et quod a no
bis non intelligitur. ex occulti iudicis non iniu
sta lance profertur. Quia uero predicatores arrogantes
dum multa inania spargunt. etiam sepe ue
ra ac solida proferunt. heliu recte subiungit.

Uere enim deus non condempnabit frustra. nec
omnipotens subuertit iudicium. Ad diabolum dominus dixit. Con
mouisti me aduersum eum. ut affligerem eum frustra. Heliu autem dicit.
quia non condempnabit dominus frustra. Quod utique discordare dic
tis ueritatis creditur. nisi subtili consideratione
pensetur. Aliud namque est dampnare. aliud affli
gere. Affligit ergo iuxta aliquid frustra. sed frustra
non dampnat. An non iuxta aliquid iob frustra
afflixerat. cum non delebat uicium. sed meritum
augebat. Frustra enim condempnare non potest.
quia dampnatio fieri non ex parte ad aliquid
potest. que uidelicet in extremo punit. om
ne quod hic quisque inique commiserit. Nec omnipotens
subuertit iudicium. quia et si minus recta esse
uidentur que patimur. recte tamen in occulto
examine decernuntur. Sequitur. Quem constitu
it aliud super terram. aut quem posuit super
orbem quem fabricatus est. Ut uidelicet
subaudias. nullum. Per se quippe mundum re
git. quem per se condidit. Neque eget alieno adiu
tore ad regendum. qui non eguit ad faciendum.
Sed hec id circo colliguntur. ut liquido indicet
quia omnipotens deus per semet ipsum regere non negli
git quod creauit. Quod bene creauit utique bene re
git. quia quod pie condidit impie non disponit. Et
qui nec dum facta curauit ut essent. que sunt
facta non deserit. Quia ergo presens est in regimine. qui
auctor extitit in creatione. curam nostri non
preterit. Unde et apte subiunxit. Si direxe
rit ad eum cor suum. spiritum illius et flatum ad se
trahit. Curuum cor est cum ima appetit. di
rigitur cum ad superna subleuatur. Si ergo homo cor
suum ad deum dirigit. spiritum illius et flatum dominus
ad se trahit. Spiritum uidelicet pro internis cogita
tionibus. flatum uero qui per corpus trahitur pro exter
nis actionibus ponit. Deo ergo spiritum hominis et fla
tum ad se trahere est. ad conuersationem sui desi
derii et interiora nostra ex exteriora commutare.

24.